Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0001-5

M. 1, 436a.
h. M. 1, 274...724.
2, 21 u. 192.




8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0003-6

M. II, 192.
1. 2./ M. II. 21.
3./ M. I. 274
4./ M. I, 724.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0004-1

# TRACTATUS FEUDALIS
# DE
# ALLODIIS,
# MATERIA

Tit. 54. lib. 2. Feud. ſecundum obſervantiam præſentium Germaniæ Curiarum,

OPERA ET STUDIO
LEOPOLDI ALBERTI
SCHOPPII JCti
& Ser^mi. Illuſtr^mi. Elect. Brandenburgici Conſiliarii
ELABORATUS,

*Nec non*

Lectori Sex Capitibus perſpicuus
DATUS.

HALÆ SAXON.
Sumptibus CHRISTOPHORI MYLII
ANNO MDC LXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0005-7

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle Saale

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0006-2

# Benevolo Lectori.

LIcet Jus feudale Dd. teſtimonio non tàm altas radices, qvàm Jus civile in ſcriptura alat, ſed Feudiſtæ Curiarum Germanicarum vel Parium obſervantiam pro inveſtiturarum interpretatione nec non declaratione ſæpiſſime reqvirant, Imò obſervantiæ authoritatem Conſvetudinis ſpecialis controverſias dijudicando tribuant, & his deciſionibus demum magnam juris publici noſtri partem abſolvant; Tamen Academiæ Germanicæ libros feudorum uti juris Civilis, nunqvam Commentatione juris Noviſſimi

Romano - Germanici hactenus illuſtrarunt ; Qvæ ratio meas vires in pulvere forenſi tenues ad Commentationem in omnes feudorum libros invitavit, cujus publicatio proximo Anno DEO Opt. Max. adjuvante futura ; Interea, Benevole Lector, hôc Tractatu qvaſi Inde promanante rivulo, te hujus meæ intentionis certiorem facere decrevi, Vale & fave.

# CAPUT PRIMUM.

LIcet Franci antiqvi alloden vocarint domum feudo accepotam ein belehnets Guth/ *Teſte Wolfgango Lazio de Gent. Migrat. lib. 3. de Cimmeriis pag. 59.*

Hoc ſenſu Imper. Henricus 4. de fundis & domibus reſcripſit fideli ſuo Hugoni Duci Burgundiæ *Teſte Gold. Conſt. Tom. 3. pag. m. 366.*

Bona qvoq; fide & ſano Intellectu ſecundum uſus & Conſvetudinem Burgundiæ atq; provinciæ recipies & à nobis recognoſces allodium Ulrici de Blangeio & alia etiam allodia, qvæ infra terminos Imperii ſunt conſtituta &c. §. 2.

Nobis hominem faciet de allodio &c. ſol Ritter-Dienſt leiſten; Tamen verbum Lehn derivatur judicio Cujacii *in proleg. feudal.* à Gallica voce Loaux, Vaſalli Leudes nomi-

nantur, Allodia ſive Alaudia qvaſi Fidei Vinculis ſoluta.

Nobis Allodium eſt vox Gotho-Saxonica (all) ab omni, & (Oehde) poſſeſſione oder Röhde à primo juris gentium prædia ruſtica acqvirendi modo, ſcil. occupatione juris gentium;

Nam Nationes bello ſubactæ prædia bipartitò dividebant ut media pars militibus fruenda in beneficii locum attribueretur, altera pars deterior plebeiis & reliqvæ multitudini allen Leuten. Qvi tenebantur ſteriles agros eradicare & cultuare außroden. Röhdung / Roth oder Oehde Zehndte / welcher dem Landes-Herrn zukömt von dem / was ſubditus für ſein Eigen außgerohdet / und zu Ackerbau gemachet; all min Oehde / alle meine Röhdung; cum his concordat derivatio Finckelthaus *Diſput. 1. Concluſ. 5. lit. 6.*

Allo-

Allodium *2. f. 26. §. 12. f. 54.* qvod vel deſcendit ab all/ id eſt, omne, & Oede/ qvod bona, patrimonium, agros ſignificabat, unde Kleinodia qvaſi bona hæreditaria pretioſiora. Einöhde/ qvaſi locus incultus, vel qvaſi all öhde vocatur, qvod plerumqve culta loca darentur militibus in feudum, inexculta verò deſertaqve & ſentibus obſita aliis relinqverentur.

Sed Magnatum proprietas in pagis Germanicis dicebatur Eigen; Qva Comites pagorum olim ditisſimi eminebant.

Hinc Fontes antiqvisſimorum Jurium Germanicorum Schwaben- und Sachſen-Spiegel / Clarisſimè diſtinguunt Lehn von Eigen oder Erbe mit Worten feudum & allodium, Eigen und Lehen; qvalem diſtinctionem Curialem Inveſtitura prima Ottoni de Luneburg Anno 1235. ſuper Erectione Ducatus Braunſvicenſis ab

Imper. Friderico Secundo data ſeqventibus declarat verbis:

Nominatus Otto de Luneburg flexis genibus coram nobis omni odio & rancore poſtpoſitis, qvæ inter proavos noſtros exiſtere potuerunt, ſe totum in manibus noſtris expoſuit, noſtris ſtare beneplacitis & mandatis, & inſuper proprium caſtrum ſuum Luneburg, qvod idiomate Teutonico vocatur Eigen / cum multis aliis caſtris, terris & hominibus eidem caſtro pertinentibus in noſtram proprietatem & dominium, ſpecialiter aſſignavit, ut de eo qvicqvid nobis placeret, tanqvam de noſtro proprio faceremus; Nos autem, qvi tenemur modis omnibus Imperium augmentare, prædictum caſtrum Luneburg cum omnibus caſtris, pertinentiis & hominibus ſuis, qvemadmodum ex ejusdem Ottonis aſſignatione in proprietatem, acce-

accepimus in præſentiâ Principum, in Imperium tranſtulimus, & conceſſimus, ut per Imperium infeudari debeat;

*Gloſſa Germ. ad lib. 3.* Land-Recht *art. 39. n. 2.* de Jure Coloniæ *prædiorum* Ruſticorum diſtinctè ſic loqvitur, Ein Zins-Gut iſt weder Eigen/Erb/ noch Lehen; ꝛc.

Feudiſtæ verò Germanici rem allodialem rei feudali ſic opponentes exiguum uſum in doctrina feudorum huic Titulo tribuerunt; Tamen conſvetudines feudales Germaniæ doctrinam hujus Tituli mirum in modum hactenus dilatarunt.

Allodium itaq; hoc loco ſit res, in qvâ qvis plenum habet dominium. Feudalis verò res eſt, cujus uſus ex gratiâ Domini veri toti familiæ vel ſaltem ejus maſculinis membris pro certo ſervitio vel laudemio conceſſus.

Allodium qvoq; cum improprio ſeudo non confundendum uti pluribus ad *Tit. 48. lib. 2. Feud.* tractavi; nam pacta Inveſtiturarum variant feudalem ordinarium ordinem ſuccedendi, modum recognoſcendi, vel demerendi relicta prima veri feudi ſubſtantia & relatione; Hinc oriuntur Impropria feuda.

Allodium feudum factum habet ſua natura absqve pacto ſingulares qvalitates Dominii tàm directi qvàm utilis;

Huc pertinet deſcriptio feudorum ſolarium Sonnen Lehen/ cùm Allodium absqve oblatione in feudum recognoſcitur à Deo & Sole flagrante ſalva manente Natura allodii; In Germania plurima inveniuntur.

Das Stam-Haus Werberg und Güther iſt nebſt andern Lehen-Stücken der Herrn von Werberg bey Helmſtedt uhralt Eigenthum geweſen/ Es hat aber

 ſol-

ſolches Senior gegen der Sonnen Aufgang mit Harniſch uñ bloßen Schwerdt anreitend und ein Creutzſtrich der Sonnen-Strahlen ſchlagend / addita qvadam devotione, & pauperibus Elemoſynis datis à Deô recognosciret.

Dadurch iſt es kein Herrloß Guth/ dennoch ein Allodium blieben.

Nam ſecundum Conſvetudines Germaniæ bona derelicta Herrloß Güther contradiſtinguuntur allodio Eigen oder Erbe; qvod à nemine vel à Domino qvodam perpetuo ſeu manibus mortuis recognoscitur, prævia oblatione allodiali non feudali. Wann Einer in Erwehlunge eines Erben-Zinß Herrn ſein Eigenthum ſich läſſet gegen etzliche Groſchen Jährlichē Erben-Zinß mehrer Sicherung des Eigenthums halber bekennet. Laudemium hoc differt à boni cenſitici & Colonarii, & Emphyteutici Recognitione annua, qvâ antiqvus vel

præſens Dominus allodii agnoſcitur; Si verò allodii corpus in qvo Dominium directum reſidet, à manu mortuâ minimo annuo cenſu cognoſcitur, eundem habet effectum, qvem importat Recognitio Solaris Feudi, *And. Knichen Tract. de Veſtit. pactis Cap. 2. n. 101. & ſeq.* his conſentit. Uti immortale putatur, qvod manui mortuæ, ſc. Eccleſiæ Reipubl. & Communitati confertur, qvia inſtar ſolis perdurat Sonnen-Lehn vocitare ſolemus.

Tamen feuda ſolaria Dominum Territorii & jus ſuperioritatis agnoſcere debent, hinc apparet, Patrimonia Majeſtatum propria non ſolum eſſe vera allodialia, ſed etiam omni ſuperioritate exemta, Souverain Gütter; qvalem allodii liberrimi ſtatum declarant verba *Inſtrum. Pacis* Noviſſimorum inter Imper. Rom. & Regem Galliæ de Anno 1648. inter

ter Regem Angliæ & ordines Hollandiæ de Anno 1667.

Primò, qvod ſupremum Dominium, jura ſuperioritatis, aliaq́; omnia in Epiſcopatus Metenſem, Thullenſem & Virodunenſem &c. Eodem modo qvo hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, inpoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eiq́ve incorporari debeant in perpetuum &c. Dieſe und §. 2. 3. nachfolgende Güther ſind Souverain allodial-Güther der Cron Franckreich worden.

Titulum feudi in bonis Imperii majoribus Rex Galliæ recuſat, qvia ipſi modum acqvirendi juris gentium bellicam occupationem impedit. §. 3. Engländiſchen Frieden. So iſt aber das feſt beſchloßen worden/ daß eine iede von höchſt und hochgedachten Partheyen mit völligen Rechte als Souverain, Eigenthümlich ins künfftige habē uñ beſitzē ſolle alle

die jenige Lande/Inſuln und Stände ꝛc.

# CAPUT SECUNDUM.

RESpectu piarum oblationum Eccleſiis olim Canonicè factarum dotes Eccleſiæ propriæ ſcil. corpora præbendarum Extra Imperii feudum gaudent jure Allodii, ſed deſolatæ fundationes, feudo authoritate Legislatoria unitæ participant qvid de jure feudali, ut infra pluribus patebit. Alia eſt oblatio allodii in feudum, qvæ moribus Germanorum fit potentiori reſpectu tutelæ armatæ & facit feudum proprium mediante Inveſtitura & fidelitatis præſtatione.

Hinc non ſola ſolutio Laudemii ſed inveſtitura & juramentum fidelitatis diſtinguunt feudum ab Allodio. Pergamus ad Commentationem

nem Tit. 54. lib. 2. Feud. de Allodiis præmiſſo Textu &c.

## Textus.

ADhoc qvi Allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & Jurisdictionem Imperatoris vendere non præſumat. Etſi fiat, non valeat.

Si verò contigerit allodium aliqvod etiam infeudatum conferri Eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis, alteriusvè hujusmodi contractum: Infeudatus niſi per gratiam Eccleſiæ, tanqvam de novo receperit, feudum qvod habebat, retinere non poterit.

Ut autem æqvitas, qvæ in paribus cauſis paria Jura deſiderat, per univerſitatem totius Imperii ſervetur: firmiter ſtatuimus, tàm in Italiâ qvàm in Alemanneâ, ut qvicumqve indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam Imperii Co-

ronam,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6869-p0019-8

ronam, regem, aut ſub rege Dominum ſuum non adjuverit, aut eundo cum ipſo, aut pro qvantitate feudi ſtipendia militiæ perſolvendo, ſi devocatione Legitima à Domino ſuo convinci per Compares ſuos poterit, feudum perdat, & Dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

Lex hæc Unica, ad hoc qvi &c, tria continet Capita.

Primum Caput usqve ad verba (non valeat) docet venditionẽ allodii non afficere Territorium; Secundum membrum docet Allodii oblationem. Eccleſiæ licitè fieri omne jus feudi extinguere, ſi allodium infeudatum conferatur Eccleſiæ, & non niſi feudi novi qvalitatem ab illa Eccleſia impetrandam; Dahero iſt in Germania ſeculis 1300. 1400. dieſe Lehns-Obſervantz gefunden / daß kein Subvaſallus Imperialis hat kön-

nen

nen ſubfeudi bona absq; refutatione Domino in gratiam Eccleſiæ facta, geiſtlichen Oehrtern conferiren.

Tertium membrum expeditionem Romanam fidelibus ſub pœna privationis injungit, qvæ expeditio eſt onus feudi Imperialis & ſtatus Immediati.

Pro declaranda hujus doctrinæ feudalis praxi in Curiis Germanicis, Notandum.

Qvod ante oblationem Allodii der deutſchen Herrſchildträgers usqve ad ſeptimum ordinis gradum ſemper Freyen allodium latè per provinciam Germanicam extenſum, jure Romani Civis, Duces, & Comites Germaniæ prædia poſſidebant, daß alſo in ſolcher alienation offt Land und Leute verkauffet werden/ hinc publicata eſt hæc Lex feudalis pro ſalvando Territoriali Imperii Jure;

Huc pertinent freqventes antiqvæ

qvæ oblationes allodii ex devotione civili in feudum tàm Ducum qvàm Comitum & Nobilium; quæ interdum non Domino Territorii, ſed Vicino potentiori ſunt facta.

Cap. 67. des Schwäbiſchen Lehen-Rechtens. Wer ſich Erblehen Wandelet/ das merck alſo:

Giebt ein Mañ ſeinen Herren gut Pfand/ alſo beſcheidentlich/ daß Er das Guth einen andern leih. Und will das denn derſelbe Herr Ihm ſelber haben/ da bricht der Herr ſein Treu an dem Mann/ und hilfft ihn doch nicht/ er hat ſein Guth mit recht nicht verlohren. Er ſoll es wieder fordern/ daß Er Ihm ſein Guth wieder liehet; Thut Er das nicht/ ſo hab ſein Guth mit recht als ehe; Thue ihm der Herr darüber Gewalt / das Klage als dies Buch ſaget.

Hinc allodium ex devotione Domino Territorii oblatum tenetur Dominus infeudare eo, qvem offerens

rens præſentabit, nec infeudatio eſt arbitraria, alias oblationis pacto poteſt recuperare naturam Allodii.

Hoc reſpectu Fiſcalis Imper. egit pro Cæſarea Jurisdictione in der am Fürſtl. Hauſe Heſſen alienirte Graffſchafft Waldeck allodial-Stücke/ ſo in Reichs Territorio außer Fürſtenthum Heſſen gelegen geweſen/ vid. acta publica, Verba des Aufftrages Brieffes de Anno 1438. über die Graffſchafft Waldeck ſic ſonant.

**Und haben Ihm Landgraff Ludewig zu Heſſen/ wiederum unſere Graffſchafft zu Waldeck die unſer frey eigen Erb iſt/ und unſer Ober-Eltern noch Wir von keinen Herren nie zu Lehen gehabt ꝛc. auffgetragen/ auffgelaßen/ und auffgegeben haben ſub Conditione tamen dieſelbe damit als Mañlehẽ zu beleihẽ/ ſo alſofort erfolget.**

Si Imperator Curtem qvandam Imperialem, in Ducatus Confinio

ſitam

ſitam immediatæ Eccleſiæ in alio Ducatu ſitæ, cum omni jure donavit, atqve immediata Eccleſia eam potentiori ſavore armatæ civilis Tutelæ ſubinfeudavit, an jus Territoriale ſimul transtuliſſe cenſendum.

Reſp. Affirmativè, qvia Curtis Imperialis cum jure ſuperioritatis indiſſolubili nexu ſemper conjuncta; maximè ſi potentiori fuerit facta Infeudatio;

Olim Curtes Imperiales paſſim per Germaniam diſperſæ gaudebant Jure ſuperioritatis des Erſten Herrſchildrechtens uti Curia Imperatoris perpetua.

Tali modo Imper. Henricus Anno 1008. 3. decembris donavit Abbatiſſæ Sophiæ Gandersheimenſi Imper. Ottonis Secundi Filiæ Curtem ſuam Derenburg; in confinio Epiſcopatus Halberſtadienſis ſitam, Eam iterum Curia Sandersheimenſis Immediata

diata potentiſſimis Electoribus Brandenburgenſibus favore defenſionis futuræ ſubinfeudavit; Adeoq; Elector Ser.mus Noſter gaudet in hoc ſubfeudo jure ſuperioritatis.

Oblatio Allodii ex devotione Civili in feudum fit ſalvo Jure Territoriali duobus modis, vel tacitè vel ſolenniter. De ſolenni oblatione recentiſſima ſufficiat exemplum dictum Comitis de Waldeck. Solennis oblatio fit vel pro delenda Cauſa debendi qvod in cauſa der Graffſchafft Waldeck geſchehen vel ex devotione merâ wie die Herrſchafft Schaumberg ad Imper. interpoſitionem ex allodio der Reichs-Graffen dem Stifft Minden zu Lehen gemacht.

Inſtrumentum pacis Oſnabrugenſis *art. 15. §. 3.* Jus Directi & utilis Dominii in præfecturas Schaumberg/ Bückenberg ꝛc. jam transtulit ad Landgravium Haſſiæ pluribus de

hâc

hâc oblatione alio feudorum Titulo egimus, in favorem hujus ſolennis oblationis werden die bewegliche Gereitſchafftē/Inventaria, Lehns-Schlöſſer / Mobilia & Allodialia ſuâ naturâ, durch Lehns-Erbtheilungen zweyner Geſchlechter oder eines Namens und Schildes in præjudicium der Land-Erben zu immerwährenden Lehns-pertinentien gemacht; De rebus diviſione vel judicio ſortis perpetuis ſic factis præ aliis hoc clariſſimum loqvitur exemplum Nobilium de Dorſtadt & de Saldar Anno 1601. ab iis in favorem devolutionis & futuræ ſucceſſionis factum literis inveſtituræ verò non inſertum; Hinc hæ res Civiliter immobiles Eyſern oder perpetuæ Jure feudi tamdiu gaudent, qvamdiu obligatio diviſionis feudalis inter paciſcentes & alterius familiæ hæredes allodiales ſteterit.

Si

Si verò in Curia Domini harum, oblatio ſolenniter facta, & ea literis inveſtituræ ſit inſerta, tunc ejusmodi res ferreæ naturam allodii in perpetuam feudalem mutant.

Sic diviſionum feudalium tam, prædiorum quàm ædificiorum æſtimatum reliqvum, die übermaß der Lehns-Cavell/ ſo auf gewiß Geld taxiret/ naturam feudi retinet, licet titulum Crediti reſpectu ſolutionis & uſurarum præ ſe ferat; Et ſucceſſor feudalis hoc poſt mortem creditoris feudalis Con-Vaſalli obtinet, nec ordinarium allodii onus hæreditarium agnoſcit.

Aliter de bonis, qvæ pia intentione Eccleſiæ oblata ſunt; judicandum, an omnia gaudeant jure Allodii? Affirmativam Reſp. Cap. Hildeſienſe in Apologia contra Duces Braunsvicenſes tàm in Rota Romana qvàm in Curiis Imperialibus Anno

Anno 1629. ſuam occupationem juſtificando deduxit.

Sed Negativa verior declarata in der gedruckten deduction pag. 135. in Cap. deductio Cauſæ principalis, wie auch denen bey dieſen Hildesheimſchen Remiſſions-Acten befindlichen Conſiliis Georg Everhardi fol. 616. und Johañ Gœdden. fol. 505.

Nos horum ſententiæ ſubſcribentes concludimus non omnia immediati Capituli bona eſſe Allodialia, diſtinguendo bona Dominii Epiſcopalis à bonis officiorum divinorum, qvæ vocantur propriè præbendæ & alimenta Clericalia, pertinent ad Conſervat. Ordinum circa Cultum divinum, hæc nullo feudi jure gaudet, licet proviſio ſucceſſorum ab Epiſcopo peragatur, & pars qvarta horum proventuum officio Epiſcopali deſtinata;

Deſolatione tamen, & Concilii

De-

Decreto vel Majeſtatis circa ſacra, poteſtate his bonis Eccleſiæ feudi natura poteſt tribui.

Nam deſolatione deſinunt fundationes Eccleſiaſticæ eſſe ſacræ & exiſtunt profanæ. *Inſtrumentum pacis art. 5. § 15.* ſic eos declarat, welche fundationes aber ſeit Anno 1624. zerſtöret / oder ins künfftig zerfallen werden deren Gülten ob Sie ſchon in einem andern Gebieth fällig dem Eigener (Landes-Herr) ſolches zerfallenen Cloſters / oder des Orths / wo ſelbiges gelegen gereichet werden;

Et Imper. Rom. German. Ferdinandus Tertius qvartam præbendarum Epiſcopatus Halberſtadienſis & Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis Epiſcopale officium ſpectantium facit, Epiſcopatus in Ducatus Imperiales mutando portionem Regalis feudi, Ducatus Magdeburgenſis & Principatus Halberſtadienſis.

B Sic

Sic ſonant verba Sanctionis pragmaticæ *In Inſtrument. Pacis Oßnabrug. de Anno 1648. art. 11.*

Soll auch Se. Ser.mo Electori Brandenb. vergönnet ſeyn den vierdten Theil der Canonicaten (die Probſteyen hieher angerechnet) von denen mit der Zeit abgehendē zu tilgen/ und dero Einkunfften den Biſchofflichen Taffel-Güthern zu incorporiren; Magdeb. Er ſich/ wie dann auch ſeine Succeſſoren zum beſten den vierdten Theil der Canonicaten bey dem Dohm/ welche abgehend worden zu exſtinguiren/ und deren Einkunfften der Ertz-Biſchofflichen Cammer zu appliciren. Eodem Art. 11. aſſignatur Ser.mo Electori Brandenb. totum præbendarum Corpus Epiſcopatus Camminenſis tanqvam pars Regalis Feudi; Pomeraniæ Ducatus, doch aber mit dieſem Unterſcheid/ daß in Biſchoffthum Cammin dem Herrn Churfürſten frey-

ſtehe

ſtehe/ die Canonicaten nach Abgang der jetzigen Canonicorum aufzutilgen/ und alſo mit der Zeit ins künfftige das gantze Biſchoffthum an Hinter-Pommern anzufügen und zu incorporiren; An Reſp. Capitula dicta poſſint hanc præbendarum qvartam absqve titulo feudali habili ſcil. ſubfeudi acqvirere, & periculum Revocatoriæ apud Agnatos nudâ Redemtione effugere; aliis dijudicandum relinquo.

Alia ſunt bona Epiſcopi & Capituli extra præbendarum Corpora, qvæ in Germania deſignant Feudum Imperii Regale, qvod vocatur Hepter Lehn Biſchoffliche Landes Fürſtl. Hoheit/ Regalia Taffel-Güther und Lehenſchafften;

Horum ſolummodo bonorum inveſtitura Imperialis facit mentionem his verbis:

Epiſcopus N. omnia & ſingula

ſua & Eccleſiæ ſuæ Regalia, feuda ac temporalia &c. etiam bannum & Jurisdictionem in cauſis Gægui-num & meri Imperii à Nobis & Romano Imperio in feudum habeat &c.

# CAPUT TERTIUM.

TAcita oblatio porrò abſolvitur allodii cum feudo commixtione, in-Corporatione & feudalium pertinentiarum declaratione; welche Incorporationis-Clauſula ſich in der Gan-Erben Erb Verbrüderungs-Verträgen der Land-Erben Verzieg-Brieffe ſich mit dieſen Worten finden;

Da eine Parthey ohne rechte Leibes-Lehns-Erben verſtürbe; So ſoll des Verſtorbenen Land und Leute Lehen und Erbe (allodium) alle bewegliche und unbewegliche Güther auf der andern

Parten Leibes Lehns-Erben eigenthüm-lich fallen. vid. 1. membrum der Erb-Verbrüderung der Häuſer Sachſen und Heßen.

Verzihen und Verzeihen gegenwärtiglich in Krafft dieſes Brieffes hiermit uf die Graffſchafft Solms/Herrſchafft Müntzenbergk und Sonnenwald mit allen derſelben In und Zubehörungen/ und auf alle und iede Erbſchafften und Gerechtigkeiten derſelben/ ſamt deren Zubehörungen ꝛc. Es ſey Lehen/ eigen/ Pfandſchafften/ Baarſchafft ꝛc. ſunt verba renunciationis perpetuæ filiarum Comitum Solmenſium.

Sic prædia dote & pecunia materna acqviſita Vaſalli feudis interdum conjunguntur usqve ad mortem Matris in favorem filiorum & dotalitii, ſed naturam allodii retinent ejusmodi pignoratitia bona Pfand-Güther/ & inter hæredes allodiales Lehn-Tochter oder Land-Erben & Fra-

tres Succeſſores Feudales Lehnsfolgere æqvaliter dividenda, nec eorum clandeſtina in feudum oblatio in fraudem ſororum facta unqvam valere poteſt.

Magna enim ratio hactenus allodii habita in diſtrictu Regalis feudi der Reichs Fahn- und Hepter-Lehen Ita ut Duces, Comites, Epiſcopi ipſi ultimis familiæ hæredibus allodialibus reſervarunt ſeparationem allodii feudo ſemper incorporati; durante enim ſucceſſione feudali allodialia bona manent feudo in-Corporata: Als da ſind Reichs-Pfandſchafften/erkauffte Erbſtücke der Lehns-Schlöſſer und Veſtungen Gereitſchafften oder Inventaria mobilium & ſe moventium.

Hinc exſtincta Linea Ducum Guelpherbytorum & Braunsv. in morte Friderici Ulrici de Anno 1634. Ejusmodi Controverſia ſeparationis de-

ren den ReichsFahn-Lehen bißhero einverleibete und von dieſer Lini erworbene allodial-ſtücke orta,& Judicio peritiſſimorum Juris-Conſultorum, in tribus Curiis tàm Ducatuum qvàm ſtatuum Anno 1653. ita deciſa, daß darüber denen Land-Erben und Creditoren zum beſten ein Allodial-Receſs Eodem auffgerichtet/und wird biß dato allodialium Communis Adminiſtrator zu Saltz-Gitter gehalten.

Præter hæc bona allodialia Duces Brunſv. poſſident bona avita Stam̃-Güther/ ſo kein Reichs-Lehen/ ſondern ein uhraltes Eigenthum des Fürſtl. Hauſes Braunſchweig ie geweſen/ und in den jüngſten Reichs Lehen-Brieffen/ wie auch Gandersheimſche/ Quedlenburgſche/Corveiſche/ Cloſter Werderſchen Affterlehen-Brieffen nicht zu finden/ aber mit denen Reichs-Lehen in Lehens-Theilungen biß dato wegen des Altväterlich Teſtament, juris primo-

geniturae Verbrüderung ſeu unionis gebracht / unter welche Stücke die Graffſchafft Blanckenburg inſonderheit zu rechen / dann der Letzte vom Geſchlechte der Fürſtl. Wolffenb. Lini Fridericus Ulricus, F. M. hat in ſeiner gedruckten gründlichen Lehns-Information de Anno 1628. pag. 8. §. 4. die Graffſchafft Blanckenburg pro bono avito declariret his verbis:

Dann was die Graffſchafft Blanckenburg anreichet / iſt dieſelbe ein gantz unſtreitiges uhraltes Eigenthum des Hauſes Braunſchweig. Ad Exemplum Majorum ſolent Patricii ſeu familiæ illuſtres civitatum bona avita allodialia feudis ſuis Maſculinis pro conſervatione familiæ incorporare, ita ut ſtante ſucceſſione feudali usq; ad Caſum devolutionis & exſtirpationis horum diviſionis inter filias nulla habetur ratio, ſolche bona Avita ab illuſtribus familiis olim acqvi-

qviſita pro origine maximâ ex par-
te habent, Jhrer Landes-Herren Wed-
de Schatt / oder Wiederkauffs Ver-
ſchreibung von Jhren allodio; Dieſer
Terminus wird viel in denen Kauff-
Brieffen der Braunſchw. Patricien
über bona avita gefunden.

Hæc avitorum bonorum cum
feudo ſacta commixtio ſucceſſorem
feudalem agnatum defuncti Vaſalli
non obligat ad æs alienum proximo-
rum Anteceſſorum; Sed ad avitam
& primi acqvirentis ante unionem
feudalem reliqvum ein alten Reſt.

Porrò Titulo & Jure allodii vi pa-
cis Osnabrug. & pragmaticæ Im-
per. hodiè poſſidentur die Reichs-
Pfandſchafft; Noviſſimi hujus juris
de Allodiis diſpoſitio hæc eſt. *in art.*
*5. in fin. §. 9. Inſtr. Pac.* Qvod ad op-
pignorationes Imperiales attinet,
cum in Capitulatione Cæſarea diſpo-
ſitum reperiatur, qvod Electus Ro-

manorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisqve ſtatibus immediatis Imperii, ejusmodi oppignorationes confirmare, atqve illos in earundem tranqvilla & qvieta poſſeſſione defendere ac manu tenere debeat, conventum eſt, hanc diſpoſitionem, donec conſenſu Electorum, Principum & ſtatuum, aliter ſtatutum fuerit, obſervandam eſſe, atqve propterea Civitati Lindavv, nec non Weiſſenburgo in Noricis redditâ ſorte oppignorationes Imperiales ipſis ademptas, illicò & plenariè reſtituendas.

Qvæ verò bona Status Imperii ſibi invicem pignoris Jure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis reluitioni aliter locus non detur, niſi poſſeſſorum exceptiones & merita Cauſarum ſufficienter examinentur.

Qvod ſi bona ejusmodi durante hoc bello vel absqve prævia Cauſæ

Co-

cognitione, vel non ſoluta ſorte ab aliqvo occupata fuerint, unà cum documentis ſtatim plenariè prioribus poſſeſſoribus reddantur.

Corpora oppignorationum Imperialium reſpectu feudi Regalis, cui unita, gaudent jure allodii usqve ad tempus reluitionis, & harum reſpectu in diviſionibus feudalibus ſeparationis evictio utrimq; ſtipulatur. Privilegia etiã feudalia hæredibus allodialibus defuncti Vaſalli pro continuanda feudi devoluti poſſeſſione data, titulo onerum feudalium absqve oppignoratione feudo cohærentium, tribuunt jus allodii in fructibus feudalibus; qvalia varia & multiplicia exiſtunt, in curiis Germanorum feudalibus, de qvibus poſt ea aptior erit pluribus dicendi locus.

Jure Territorii non Advocatiæ, qvæ tantum florentium Cœno-

biorum œconomiam & tutelam armatam reſpicit: Eccleſiaſtica Monaſteria deſolata feudo Imperiali ſtatus Auguſt. Confeſſionis incorporata gaudent, jure allodii; Nam tale Jus Allodii noviſſimum dedit Dominis Territoriorum vel ſtatibus Imperii pax Religionis & ejus confirmatio & declaratio in Inſtrumento pacis Oſnabrug. facta imprimis Ducibus Würtenbergicis de multis Abbatiis, præpoſituris, monaſteriis art. 4. conceſſa eſt poſſeſſio allodii, nullo adhibito feudi titulo & dominii utilis reſtrictione, uti factum in Conceſſione Cloſter Walckenredt. Ducibus Brunsvicenſibus Abbatia Hirßfeld Landgraviis Haſſiæ;

Hæc ſunt verba ſanctionis pragmaticæ reſtitutio etiam fiat in Ec-„cleſias collegiatas, Stuttgard, Tu-„bingen, Hernberg, Goppingen, „Bachnang, nec non in Abbatias,

Præ-

"Præpoſituras atqve Monaſteria Bebenhauſen, Maulbron, Anhauſen, Lorch, Adelberg, Denckendorf, Hirſchavv, Blaubeuren, Herprechtingen, Murhard, Albersback, Königsbrun, Herrenalb, Divi Georgii, Reichenbach / Pfullingen & Lichtenſtern, ſive Marien-Cron, & ſimilia, cum omnibus documentis ablatis, ſalvis tamen reſervatis Domus Auſtriacæ, nec non Würtenbergicæ in ſupra dictas dynaſtias Blauberem, Achalm, & Stauffen prætenſis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atqve beneficiis juris qvibuscunqve. Clar. D. Johannes Koppen Conſ. Brand. in primo Conſilio Additamenti; notat Controverſiam ſeparationis, qvàm hæredes ducis Holſatiæ allodiales contra Regem Daniæ de monaſterio feudo hoc Jure incorporato fruſtra moverunt.

Eodem Jure plurimas Eccleſiaſti-

cas fundationes & prædia mediata, & immediata adhoc poſſident Electores Saxoniæ & Marchiæ, qvæ Curia feudalis Imperatoris Reichs-Hoff-Rath pro pertinentiis ſpecialiter, nominandis feudalibus nunqvam absqve ſpeciali Imperii communi decreto agnoscit.

Interim gaudent poſſeſſores Cœnobiorum libera allodii diſpoſitione per viam permutationis, oppignorationis, venditionis vel infeudationis. Sic Dux Braunſvicenſis Auguſtus F. M. deſolatum Abbatiæ Corbeienſis Monaſterium Gruning pacis Inſtr. reſtitutum vendidit nuperrimè Principi Halberſtadienſi Jure Allodii, fieri tamen ejusmodi venditio debet cum plenaria evictionis de futura ſtatus mutatione ſtipulatione; Firma itaqve in territoriis Principum Auguſtanæ Confeſſionis antiqvis (non novis ſcil.

Epi-

Epiſcopatuum in principatus noviter mutatorum) hæc manet deſolatarum fundationum incorporationis regula.

Jure territorii (ſuſpenſa Jurisdictione Eccleſiaſtica ſedis Romanæ ordinaria) deſolata vel reformata monaſteria & Eccleſ. fundationes Regali feudo manent tacita Fidei-Commiſſaria conditione allodiiqve jure ſalvo incorporata.

Hinc Curia Imperialis nunqvam absqve ſpeciali Imperii decreto Inveſtituris Imperialibus nunqvam, Fideicommiſſi jus agnoſcentibus has incorporatas fundationes Eccleſiaſticas titulo pertinentiarum ſpecialium nominatim non poteſt validè inſerere;

Scio aliqvoties hanc petitam Nominationem Statibus Auguſtanæ Confeſſionis Renovationem Inveſtituræ Imperialis in Curia Imperii

feu-

feudali urgentibus denegatam, ſic enim verba *art.5.* §.9. Inſtrum. pacis diſponunt.

Alte Cloſter / Collegia, Balivey- en / Commenden, Kirchen / Fundationes, Schulen / Hoſpitalen / und andere mittelbahre geiſtl. Güther / wie auch derer Hebungen und Gerechtigkeiten / wie ſie immer Namen haben mögen der Augſpurgſchen Confeſſion zugethane Churfürſten und Stände am 1. Jan. 1624. beſeſſen / dieſelbe alle und iede / ſie haben Sie gleich zu ieden Zeiten ingehabt / oder durch reſtitution wieder bekommen / oder welche Ihnen noch Krafft dieſer Transaction müſſen reſtituiret werden / ſollen Sie beſitzen / biß durch gütlichen Vergleich der Partheyen in Religions-Streitigkeiten auffgehoben werden / ungehindert der Einwendungen; Daß ſie vor und nach den Paßauiſchen Vertrag oder Religions-Frieden reformiret und eingenom-

nommen/oder dieſelben zum Territorio der Stände Auſpurg. Confeſſion nicht gehören / oder davon eximiret / oder andern Ständen jure ſuffraganeatus, Diaconatus, oder anderer Geſtalt obligiret geweſen ſeyn ſolten.

Von eben ſolchen deſolirten Cloſter Schöfftersheim in Francken / hat ſich ein Vindication-Streit ex Jure territorii inter Ducem Franconiæ ſive Würtzburg & Comitem de Auhenlovv zugetragen/ iſt darin eine Käyſerl. Commiſſion Anno 629. erkant / wofür die Graffen beſchuldiget/als hätten Sie facto Spolii nach dem Paßauiſchen Vertrag in præjudicium Diœceſani des Cloſters qvæſtionis als Advocati unrechtmäßig eingezogen;

Comites pro defenſione allegant hoc monaſterium ordinis præmonſtrat: Anno 1525. zur Zeit des Bauren-Krieges und zur Zeit des Paßauiſchen Vertrages ſey es deſoliret/ und

hat-

hatten alſo Comites vacuam poſſesſionem jure territorii arripiret / und bißhero geruhig poſſediret.

Da nun wohl Commiſs. Cæſarei in Martio 1630. Einen endlichen Beſcheid nach den April. 1629. publ. Käyſerl. Edict wider die Graffen der reſtitution wegen publiciret und exeqviret. So hat doch Inſtrumentum pacis Oſnabrug. art. 4. Comitibus de Hohenlo modum Jure Territorii acqvirendi deſolata beneficia reſtitutionem decernendo Confirmiret.

Itemqve in Cœnobium Scheffterſheim absqve omni exceptione, imprimis retentionis, reſtituatur, ſed naturam feudi tacendo negiret. Status verò Auguſtanæ Confeſſionis qvi ſanctione hâc pragmatica Epiſcopatus & cum iis deſolata titulo ſecularis feudi in ſolutum acceptarunt, hanc clauſulam Fidei Commiſſariam minimè agnoſcunt.

Sic

Sic Sermus. Elector Brandenburgenſis hodiè in Epiſcopatibus titulo principatuum à Sacrô RomanoGermanico Imperio in ſolutum acceptis, collationem deſolatarum fundationum ſibi Jure Principis & Epiſcopi poteſt jure allodii incorporati vindicare, & ab eo poſſeſſore, qvi non habet titulum Epiſcopalem, Revocare, nec non feudo Regali in perpetuum pertinentiarum titulo unire, & tenetur Judicium Cæſareo-Aulicum ad implorationem Inveſtituris Imperialibus titulo pertinentiarum perpetuarum inſerere; Nam omnibus feudi Regalis augmentis, qvæ de Jure Principis & Epiſcopi poſſunt promanare perpetui feudi ſecularis natura per verba Sanctionis pragmaticæ, Sie haben Namen wie ſie wollen keines außgenommen zu einen ewigen unmittelbahren Reichs-Lehen de Annis 1648. & 1654. data.

# CAPUT QVARTUM.

Uti hæc Monaſteria, ſo keine pertinent-Stücke der Hepter-Lehen iemahls geweſen/ propriam Allodii naturam non mutant, ſed Jure Unionis in Dominio ſtatus Imperii pro parte feudalis patrimonii in Judicio familiæ Erciſcundæ vel ſortis ad tempus Pacis Religioſæ habentur.

Sic ſubfeuda Regalium imprimis metallorum, Salinarum titulum feudi retinent, ſed naturam Allodii in favorem Decimarum Berg und Saltz-Zehendten oder Ober-Berg und Chorus-Güther & Privatorum ſumptuoſæ Culturæ non mutant. Hinc Joh. Schneidevv. Epit. in uſus Feud. part. 2. n. 105. data decima ſodinæ cenſentur eſſe in patrimonio privatorum.

Ita ut Dominia fodinarum transeant

eant ad hæredes Allodiales, & liberius ad alia patrimonia transferuntur, dividendo, donando, omiſſo etiam feudali refutationis vel contractus aſſenſu; modo reſignatio Dominii Judicialis ſeqvatur. Hoc Jus ſingulare naturam allodii ſapiens Dominus directus & territorii ſolet fodinarum colonis denen Gewercken bey erſter Hütten und Pfannen Eintheilung concedere, & decima eſt qvaſi cenſus reſervativus ein Erben-Zins. Sufficiant pro intentione verba, Epiſcop. Halberſtad. Johannis Alberti Marchionis Brandenb. qvi primus ſalinarum colonis Anno 1549. penes civitatem Aſchersleben in prædio Badenſtedt dedit ejusmodi privilegium feudale; Alſo daß die Gewerben zu ieder Zeit/ wann ſich ſolches gebühret / ſolche ihre Saltz-Güther von Uns und unſern Nachkommen den Biſchoff zu Halberſtadt gebühr-

bührlicher Weiſe als Erben-Zins Guth/ welches Mañliche und Weibs-Perſonen zugleich fähig und empfänglich seyn ſollen empfahen / und ihnen durch Unſere Brieffe bekennen laſſen ſollen.

Licet Otto de Lüneburg Anno Chr. 1235. Caſtrum de Lüneburg cum pertinentiis in feudũ ex devotione, teſtante Inveſtitura prima ſupra allegata, obtulerit. Tamen cum Ottonis Filii Johannes & Albertus Anno 1267. paterna bona diviſione feudali ſepararent, & fratri Johanni ſeqventia Caſtra Zell/ Winſen / Lüneburg/ Lichtenberg / Treiffling/ Ober-Schöningen und Dorff Treifflingen in Holtze gelegen/ judicio fortunæ adjudicarentur, eo tempore ſeparatum Oppidum Lüneburg cum aliis bonis & Salinis non niſi Jure allodii feudo unitum manſit in corpore feudi Ducalis, teſtatur hoc diploma Johannis Ducis de Brunſv. & Lüneburg, qvo

ſuam

ſuam novam Salinarum officinam in feudum dat.

Abbatibus Nobilibus & Civibus Ducatus Brunſvicenſis & Lüneburgenſis qvotannis centum & qvinqvaginta choris recognoſcendam.

Anno Domini 1278. hat Hertzog Johann die Nie Sültze verkauffet / ut patet in literis, qvarum tenor de verbo ad verbum ſeqvitur. Johannes Dei gratiâ Dux Brunſvicenſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, cum gratia Jeſu Chriſti ſalutem in Domino ſempiternam. Qvoniam omnium habere memoriam, & in nullo peccare divinum magis eſt, qvàm humanum, neceſſe eſt, contractus bonæ fidei ſecundum varietatem temporum celebratos ſcripturæ teſtimoniis commendare. Ad notitiam igitur tàm præſentis qvam futuræ ætatis hominum cupimus pervenire, qvod cum intra civitatem

tem

tem ſeu oppidum Lüneburg, qvod ad nos jure pertinet, hæreditario, puteum ſalis fodi feciſſemus, ceu novam ſalinam expenſis & laboribus.

Plurimus inveniſſemus, & ſal ad ampliandos noſtros reditus coqvi faceremus. De Amelingsborne de Dobberan de Kennuelbe Abbates Ordinis Ciſtercienſis & coram Monaſteria & qvidem Abbates ejusdem ordinis, & qvidem alii Abbates & eorum monaſteria ordinis St. Benedicti & plures præpoſiti ſivè proviſores Monaſterium monialium tàm Ciſtercienſis, qvam ordinis St. Benedicti, nec non tam Lübecenſ. qvam Bardovicenſ. & Kamelſeon Eccleſiarum Decani & Canonici & plures milites & burgenſes, tam de prædicta Civitate Lüneburg, qvam ex aliis locis, qvi hæreditatem & reditus in antiqva ſalina habuerunt, timentes, qvod eorum reditus in antiqva ſali-

ſalina diminui poſſent, hoc modo nobis humiliter ſupplicarunt, ut ipſis gratiam facientes novam ſalinam eis venderemus. Nos autem ut orationum & aliarum ſpiritualium actionum, qvæ qvotidiè fiunt à religioſis ſupra nominatis, & in eorum Monaſteriis participes eſſe moriamur, & dominus nobis in æternâ vitâ propitietur & milites & burgenſes prædictos nobis favoris & dilectionis firmioribus vinculis aſtringamus proborum & diſcretorum conſilio mediante.

Novam ſalinam ſuperius memoratam Abbatibus præpoſitis & aliis reditus in antiqva ſalina habentibus vendidimus, ita qvod eadem nova ſalina penitus deſtruatur, & ulterius non debet præmanere, attamen areas adjacentes ſubtransactione illorum qvos ex utraqve parte ad hoc deputavimus,

mus, nobis præſolverunt, & neqve nos neqve hæredes noſtri neqve ſucceſſores noſtri unqvam alio tempore illo in loco ubi nova ſalina fuit inventa nec in alio loco infra Civitatem Lüneburg fodi vel extra in Dominio Lüneburg fodi vel extrui alium puteum ſalis, ſivè etiam ſalinam faciemus.

In reſtaurationem autem damni qvæ ex prædicta conventione poſſemus albeſare Abbates præpoſiti.

Milites, Burgenſes univerſiqve reditus in antiqva ſalina de qvinqvaginta domibus in ipſa conſtitutis. Centum & qvinqvaginta Choros, ſalis in qvolibet flumine nobis dabunt, ita videlicet, qvod de ipſis qvinqvaginta domibus tres choros ſalis, de unaqvaqve Domo, ut prædictum eſt, in qvolibet flumine nobis cedant.

In eligendo autem Magiſtro puthi

